

AD POETARUM LATINORUM MEDII AEVI TOMUM V¹⁾

1. Ad p. 134 (*Vita s. Clementis*) v. 686:

Regis in obsequium currens . . . turba ministrat.
iam suppleo. Cf. vv.:

615	. . . iam mente superni.
642	. . . iam secla regentis.
653	. . . iam temporis etas.
667	. . . iamque ossa referri.
668	. . . iam mensibus abdit.
698	. . . iam cum patre natus.
748	. . . iam mortua reddens.
814	. . . iam tollat iniquis.
904	. . . iam fecerat unum.
920	. . . iam crismate sancto.
924	. . . iam mysticus sacer.
954	. . . iam Francia sanctum.
1016	. . . iam Kadroe Scottum.
1051	. . . iam tempore crevit.

2. Ad p. 215 (*Vita s. Landelini*) v. 145 s.:

Fit Landelinus . . . vehementer avarus,
Fit leo cunctorum devastatorque suorum,
Fit latro sevus Maurosus nomine dictus.

*Pre*do conicio. Cf. v. 133 ss.:

. . . Fit nunc [sc. Landelinus], quod non erat ante,
Turpiloquus latro, procax in foenere predo,
Invadit cunctos, quos noverat ere gravatos,
Arripit et mactat, carpit, discerpit et artat *et. c.*

3. Ad p. 220 v. 345:

Fervet opus redolentque . . . flagrantia mella.

= *Aen.* I 436. = *Georg.* IV 169 (Strecker): *thymo* comprobatum
atque textui inserendum.

¹⁾ Ed. *Karl Strecker*. Monumenta Germaniae historica, Lipsiae, MCMXXXVII.

4. Ad p. 158 (*vita s. Liudtrudis*) tristich. 29, 1:
 Quorum vita talis erat, falis nimirum probitas.
 metri causa *nimirum* in *ninium* (bisyllabum) emendandum puto;
 cf. Strecker: *Liudtrudis stets dreisilbig* (ad 3, 1).
5. 32, 1:
 Postquam nativitatem *et c.*: Streckeri coniecturam: Postquam
BC ist falsch; viell. Post quarum? laudo; cf. 79, 1 Post quo-
 rum demum peractum *et c.*
6. 35, 1:
 Hic cum suam circuiret pastor parrochiam.
 Streckeri pastor per parrochiam (p. 154) mihi persuasissimum
 atque textui inserendum.
7. 52:
 Unde et ipsius in deum patuit devotio
 Atque . . . paterna est ostensa gratia,
 Qua maiori semper ipsam caritate coluit.
 fortasse *eximia* supplendum.
8. 69:
 Quod non solum orandi causa ipsa cogitaverat,
 Sed ut sacros sanctorum impetraret cineres.
 Corruptum: *Sed et ut* suppleo.
9. 72:
 Placuit voluntas . . . virginis presbitero
 Et eius devotionem in sanctos et dominum
 Digne laudans profecturum se simul sponponderat.
 voluntas *firma* conicio.
10. 125:
 Scio multos inarsuros eius pulchritudini;
 Unde quid mali presument vobis procul positus,
 Quid ipsa quoque . . . possit, nostis optime.
subire suppleo; pro -que in quoque cf. 184, 3 Ipsius quoque
 coronam; 50, 1 Itaque possessione.
11. 135, 3:
 Votis suis congruentem construxerat ecclesiam.
Struxerat laudo (construxerat lapsus calami ob praecedens
 congruentem).

12. 147, 1:

Attamen si comparari magna licet parvis.
Parvulis? Strecker; *cum parvis* emendaverim.

13. 161. 1:

Deus omnium bonorum largitor et dator.
Largitor atque dator; idem habeas in vv. 8, 2 et 66, 1.

14. 179:

Inter hec laudem humanam ac si pestem fugerat,
 Quicquid de bonis ipsius aliis innotuit,
 Se iam perdidisse . . . coram deo timuit.
 Fortasse *ipsam* supplendum.

15. Ad p. 116 (*vita s. Clementis*) v. 142:

Pater eternus omnium . . . et conditor rerum
 Extans absque origine, imperator sine fine.

Auctor suppleverim; cf.:

165 Conditor almpotens, qui secula cuncta cre[a]vit.

168 Inprimis igitur lucem formaverat auctor.

16. Ad p. 364, carm. 28 v. 6 s.:

Vulnera detergat sibi et omnia crimina . . .
 Post . . . mortem terre dat denique carnem,
 Splendida perpetuae capiat tunc premia vite.

Strecker: *keine Lücken in E*. Suppleverim:

Vulnera detergat sibi et omnia crimina *solvat*.
 Post mortem terre dat *quando* denique carnem,
 Splendida perpetuae capiat tunc premia vite.

Cf. *Carm. Lat. Epigr.* (ed. Bücheler) 965, 966: ~

Quandocumque leuis tellus mea conteget ossa . . .
 Tum tibi *et c.*

17. Ad p. 408, carm. 69 v. 1—2:

. . . hic monachus meritis nec nomine dignus,
 Pro quo funde preces, quisquis hec sepe revolves.

Dormit suppleo; *dormit*: v., e. g., *Grossi Gondi*, Trattato di epigrafia cristiana, Romae, MCMXX, p. 192.